

A dit spiritus, & in circulos suos reuertitur spiritus.) Hinc possumus æstimare hyemis tempore solē ad meridiam plagam currere, & per æstatem septentrioni esse uicinum, & non per æquinoctium autumnū, habere principium: sed primum spirante fauonio, quando tempore ueris in factum cuncta rumpuntur. Quod autem ait: Gyran-
 a gyran- uadit spiritus, & in circulos suos reuertit: siue ipsum solem spiritum nominauit, quod animet & spiret, & uigeat, & annos orbis cursus compleat, ut ait Poeta: Interea magnum sol circumuoluitur annum. Et alibi: Atque in se sua per uestigia uoluitur annus. Siue quod & lunę lucentem globum, & astra Titania, Spiritus intus alit: totamq. infusa per artus: Mens agit at mo-
 b lem, & magno se corpore miscet: nō de annuo solis cursu, sed de quotidianis semitis eius loquitur. Obli-
 c qua enim & fracta linea per austrum pergit ad boream, & ita ad orientē reuertitur. Aliter: Sol quādo
 B per austrum currit, uicini-
 or terrę est: quādo per aquilonem, sublimis attollitur. Forsitan ergo his qui hyemis & tribulationum frigore coartantur (Ab aquilone enim exardescunt mala super terrā) uicinior sol iste iustitię est: his uero qui in boreę parte habitant, & calore priuantur, æstiuo cursu incedit procul, & per suos circulos, unde profectus est, reuertitur. Cum enim traxerit oīa ad se, & uniuersos suos radiis illumi-
 nauerit, sit restituito principalis, & est deus omnia in omnibus. Symmachus hunc locum ita interpretatus est: Vadit ad meridiem & circumit ad boream: perambulans uadit uentus, & per quę circummerat reuertitur uentus. a ¶ Omnes torrentes uadunt in mare &c.) Putant quidā aquas dulces quę in mare fluūt, uel ardente desuper sole consumi, uel salugini maris esse pabula. Ecclesiastes autem noster, & ipsarū aquarum conditor, eas dicit per occultas uenas ad capita fontium regredi, & de matrice abyssi in suā semper ebullire principia. Melius autem Hebræi sub torrentium & maris nomine per metaphorā de hominibus significari arbitrantur: quod in terram de qua sumpti sunt redeant, & torrentes uocentur, non flumina: eo quod cito intereant, nec tamen impleatur terra multitudinē mortuorum. Porro si ad altiora con-
 scendimus, recte & turbidę aquę in mare unde sub-
 stiterant reuertentur. Et ni fallor, absque additamento nunquā torrens in bonam partem legitur. Nam tor-
 rente uoluptatis tæ potabis illos: cum additamen-
 to dicitur uoluptatis. Et e contrario saluator ad tor-
 rentem traditur cedron. Et Helias persecucionis tem-
 pore ad torrentem Charith latitat: qui & ipse sicca-
 tur & non impletur: mare autē insatiabile, quo modo

& in Prouerbiis, filie sanguisugę. b ¶ Omnes sermo-
 nes graues, non poterit uir loqui. Non fatiabitur &c.) C
 Non solū de physicis, sed de ethicis quoque scire diffi-
 cile est. Nec sermo ualet explicare causas naturasq. rerum: nec oculus, ut rei possit dignitas, intueri, nec
 auris insititente doctore
 ad summam scienciā per-
 uenire. Si enim nunc per
 speculū uidemus in enig-
 mate, & ex parte cognos-
 scimus, & ex parte propheta-
 mus: consequenter nec
 sermo potest explicare
 quod nescit: nec oculus,
 in quo cæcus sit, aspicere:
 nec auris de quo dubitat
 impleri. Simul & hoc no-
 tandum, quod omnia uer-
 ba sint grauiā, & magno la-
 bore discantur: cōtra eos
 qui putant otiosis sibi, &
 uota facientibus uenire
 notitiam scripturarum.
 c ¶ Quid est quod fuit?
 ipsum quod erit &c.) VI-
 detur mihi de his quę su-
 pra enumerauit: genera-
 tione & generatione: mo-
 le terrarū: ortu solis & oc-
 casu: cursu fluminū, magni-
 tudine Oceani, omnibusq.
 quę aut cogitatione, aut
 uisu, uel auribus discimus,
 nunc cōmuniter loqui: quod nihil nouum sit in natu-
 ra rerū, quod non ante iā fuerit. Ab initio enim mun-
 di & homines nati & mortui sunt, & terra super aquas
 constitit librata, & sol ortus occubuit. Et ne plura
 percurram, & anibus uolare, & natare piscibus, & ter-
 restribus ingredi, & serpentibus labi, deo artifice con-
 cessum est. Huic quid simile sententię & Comicus ait:
 Nihil est dictū, quod non sit dictū prius. Vnde præce-
 ptor meus Donatus, cum ipsum uersiculū exponeret:
 Pereant, inquit, qui ante nos nostra dixerūt. Quod si
 in sermonibus nihil nouum dici potest, quanto magis
 in administratione mundi: quę ab initio sic perfecta
 est, ut requiesceret deus ab operibus suis in die septi-
 ma. Legi in quodā libro: si omne quod sub sole factū
 est, fuit in præteritis sæculis, antequam sol fieret, &
 homo iam sole condito factus est: fuit ergo homo, an-
 tequā sub sole fieret. Sed hac excluditur ratio: quod
 & iumenta & culices & minuta quęque & magna ani-
 malia ante dicerentur fuisse quam cælum. Nisi forte
 illud respondeat, ex consequentibus ostendi: non de
 ceteris animalibus, sed de homine Ecclesiastę esse ser-
 monem. Ait enim: Non est omne recēs sub sole, quod
 loquatur & dicat: Ecce hoc nouum est: animalia au-
 tem non loqui, sed tantum hominē: quod si loquantur
 animalia, nouum esse sub sole, & solui sententiam, ni-
 hil nouum esse sub sole. d ¶ Est ne uerbū de quo di-
 catur: uide hoc nouū est: iam fuit in sæculis quę fue-
 runt ante nos.) Apertius hoc Symmachus trāstulit:
 Putas ne est qui possit dicere: Vide hoc nouum est, &
 iam factū est in sæculo quod fuit ante nos. Cum supe-
 rioribus autem cōgruit, quod nihil nouum in mundo

Verg. 3. Aeneid. Ibid. 6.

2. 1. 1. 1. 1.

Hier. 1. e. Sec. 7. o.

1. Cor. 15. d

Ioan. 18. a. 3. Reg. 17. a

1. Cor. 13. d

Gen. 2. a